

Vivere, nec rectè, nec suaviter: haud quia grando
 Contuderit vites, oleamque momorderit astus;
 Nec quia longinquis armentum agrotet in arvis:
 Sed quia mente minus validus, quam corpore toto,
 Nil audire velim, nil discere, quod levet agrum:
 Fidis offendat medicis, irascat amicis,
 Cur me funesto properent arcere veterino,
 Qua nocuere, sequar, fugiam, qua profore credam,
 Roma Tibur amem ventosus, Tibure Romam.
 Post hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat, & se,
 Ut placeat iuveni, precunçtate, utque cohorti.
 Si dicet rectè: primum gaudere, subinde
 Præceptum auriculis hoc instilla e memento:
 Ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

Contuderit. Verberaverit, eominuerit.

Offendar. Succenseam.

Cur, &c. Quod à me arcere curent veterinum: est languor quidam, dormiendi necessitatem afferens; lethargus.

Profore. Profutura esse.

Tibur. Oppidum Sabinorum in Italia. De quo vide Oden. 4. lib. 2.

Ventosus. Inconstans, levis.

Rem. Domesticeam, & familiarem; suum munus.

Iuveni. Tiberio Neroni, quem ab Augusto missum in Armeniam, ut illi nationi Ti-

grancem Regem præficeret, circa annum ab V. C. 734. Celsus est comitatus, ei que pro Scriba datus.

Cohorti. Amicorum, & comitum Neronis regi.

Gaudere. Subaudi, te significabis, & me.

Instillare. Celso in aurem dicere.

Ut tu, &c. Vt tu eris moderatus in ferenda fortuna; sic ero constans in amicitia tua fovenda, te neglecturus, si me propter superbiam, & opes negligas.



EPISTOLA IX.

Septimium commendat Tiberio, utque illum in suorum numero habere velit, rogat.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus
 Quanti me facias: nam cum rogat, & prece cogit
 Scilicet, ut tibi se laudare, & tradere coner,
 Dignum mente, domoque legentis honesta Neronis,
 Munere cum fungi propioris censeat amicis
 Quid possim vider, ac novit, me validius ipso.
 Multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
 Sed timuit, mea ne finxisse minora putarer,
 Dissimulator opis propria, mihi commodus uni.
 Sic ego majoris fugiens opprobria culpa,
 Frontis ad urbana descendi premia. Quod si

Cludi, &c. O Claudi Tiberi Nero, lepidè mecum agit Septimius, & solus eximie videtur intelligere quato sim apud te in loco, & pretio: cum enim me rogat, aut potius cogit suis precibus, ut se tibi commendem, tanquam dignum qui admittatur in amicitiam, & familiam tuam, qui nullos nisi honestos, probosque deligis, cum me unum è tuis propioribus amicis esse credit: sanè intelligit liquidius, quam ego ipse, quid apud te possim: non enim hunc mihi apud te locum, & numerum arrogare aulim.

Validius. Ab adverbio valde, id est magis, certius.

Excusatus. Cur me haberet excusatum, ut scribere me non cogeret, ne tibi molestus essem.

Mea ne, &c. Ne crederet fingere, ac persuadere illi vellem, meam apud te gratiam tantam esse, quam sit.

Opis propria. facultatis, potestatis hoc à te impetrandi.

Commodus. Serviens meis rebus, & commodis, amicos negligens.

Culpa. Dissimulationis, & propriae utilitatis consecranda.

Frontis, &c. Factus sum inverecundior, & audacior. Urbani homines solent oris esse perfrictioris, quam rustici, &

*Depositem laudas, ob amici iussa pudorem;
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumque.*

hoc urbanę vite, cōsuetudinifq; in scribendo inuerecundiam
quasi præmium videtur esse: non improbas.
vel descendi ad urbanam au- *Crede fortē, bonumque.* Om-
daciā, ut ejus præmium, & nibus, quę probum vitium, ac
& fructum caperem, commendā- strenuum decent dotibus præ-
do tibi amicū. ditum.

Depositem pudorem. Si meā

EPISTOLA X.

*Urbanę vitę, & ambitioſę incommoda; com-
moda tenuis, ac rufſicanę, deſcribit.*

URbis amatorem Eufcum ſalvere iubemus
Ruris amatores: hac in re ſcilicet una
Multum diſſimiles, ad cætera panē gemelli:
Fraternis animis, quidquid negat alter, & alter;
Annuimus pariter vetuli, notique columbi.
Tu nidum ſeruas: ego laudo ruris amani
Riuos, & muſco circumlita ſaxa, nemuſque.
Quid quaris? viuo, & regno, ſimul iſta reliqui,
Quæ vos ad calum effertis, rumore ſecundo.

Amatores. Nos.
Gemelli. Propè tanquam ge-
melli fratres in cæteris rebus
idem nolumus, idem volumus.
Et alter. Subaudi, negat.
Annuimus. Aſſentimur, pro-
bamus idem pariter, ut colum-
bi vetuli, qui nōrunt inter ſe.
Nidum. Romam, quam ſic
amas, ut columbus nidum,
Circumlita. Obducta,

Quid quaris? Quid plura?
Vivo, & regno. Pulchrum
me, ac beatum puto: vivere
me vitam Regum puto.
Simul. Statim atque.
Iſta. Vitem, pompam, opes,
&c.
Rumore ſecundo. Fauſtis ac-
clamationibus: magno plauſu.
De voce *Secundus* Vide Oden
12. libri 4.

Viz

*Utque ſacerdotis fugitiuus, libra recuſo:
Panz egeo, jam mellitis potiore placentis.
Vivere natura ſi conuenienter oportet,
Ponendeque domo quarenda eſt area primū;
Noſſitne locum potiorem rure beato?
Eſt ubi plus tepeant hyemes: ubi gratior aura
Leniat, & rabiem Canis, & momenta Leonis,
Cum ſemel accepit Solem furibundus acutum?
Eſt ubi diuellat ſomnos minūs inuida cura?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,*

Utque, &c. Utque ſervus *Accipit, &c.* Tanquam do-
nequam in ſacerdotis Signa 12. Zodiaci di-
tritus, qui liba, & placentas, cuntur eſſe domus ſolis. Leo-
dulciaria cruſtula Diis oblata, nem verò ſol ingreditur nunc
edere conſuevit, iis ſaturatus, extremo Junio; at olim, id eſt,
panem optat, ſic ego urbem ante annos mille, Julio.

Diuellat. Abrumpat. Vbi curę ſomnum minus intertur-
do Philoſophię, qui verus ani- bent? Appellatur cura inuida,
mi panis. quia tranquillitatem animi, ac
Vivere, &c. Si vita illa be- ſomnum videtur hominibus
ta eſt, quę eſt naturę humanę inuidere.

Area. Locus patens in quo *Deterius, &c.* An rui her-
domus ſtruitur. Porro domo eſt ba deterioris eſt coloris vel
in dandi caſu, dicitur enim do- odoris, quàm gemmę, & mar-
mus, domi, domo, ut domus, mora Africana? Num aqua
domiis, domui. plumbeis canalibus, quos tem-
dit rumpere, & quibus ſapè
raptis eſſugit, in urbe conclu-
ſa, purior, & liquidior eſt, eā,
quę per decliuem locum rivo
trepidante fluit?

Eſt ubi, &c. Eſtne locus ubi
ſit hyems magis tepida, & tem-
perata?

Canis. Sydus eſt cęleſte ma-
ximos calores aſterens.

Momenta. Horas æſtiuas, ca-
lidiffima tempora.

Lapillis. E ſecto in minimas
particulas marmore pavimen-
ta ſternebant, ac variabant.

Quam,

Quam, qua per pronum trepidat cum murmure rivum?
 Nempe inter varias nutritur sylva columnas,
 Laudaturque domus, longos qua prospicit agros.
 Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret,
 Et mala perumpet furtim fastidia vitricæ.
 Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
 Nescit Aquinatam potantia vellera fucum;
 Certius accipiet damnum, propiusve medullis,
 Quam, qui non poterit vero distinguere falsum.
 Quem res plus nimio delectat vivere secunda,

Nempe, &c. Documento est, naturam rure delectari, quod vel in ipsa urbe rus amamus, & inter porticus fultas columnis factis è variis; id est, versicolore marmore, feruntur arbores, sylva nutritur.

Naturam, &c. Etsi coneris extinguere communes, & genuinos illos, quos indidit nobis natura, sensus, eosque ex animo per vim, & quasi impatâ furcâ expellas; tamen semper redibunt, & superabunt mala fastidia: id est, quamvis simplicitatem illam rusticam divites, & urbani fastidiant, spernantque, furtim tamen, & tacite amabunt rus, duce natura, vel in ipsa urbe.

Furcâ. Proverbii sententia: aliquem furcâ, furcillis, expellere, id est, per vim, & in humeros præcipitem dare.

Non qui, &c. Ordo est: qui

mercator nescit contendere callidus, id est, comparare prudenter, vellera quæ inficiuntur, & tinguntur Aquini, in urbe Italiae, ostro Sidonio, id est, cum iis velleribus, lanis, & pannis, qui tinguntur Sidone in urbe Phœnicie, ubi ostrû, seu purpura longè præstat Italo, & adulterino ostro, & fucopotius; ille, inquam, qui nescit utraque illa vellera conferre, & internoscere, non accipiet damnum gravius, & quod ipsum propius tangat, ac urat magis, quam qui verum à falso internoscere non poterit. Videtur jam urbana vitæ incommoda, aut Aristii vitia insectari: quorum primum est, veri inscitia; alterum inæqualitas fortunæ prosperæ, vel adversæ, tertium, avaritia, servitus, &c.

Mus

Mutata quatiens. Si quid mirabere, pones
 Invitus. Fuge magna: licet sub paupere recto
 Reges, & regum, vitâ, præcurrere amicos.
 Cervus equum pugna melior, communibus herbis
 Pellebat, donec minor in certamine longo,
 Imploravit opes hominis, frantumque recepit:
 Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
 Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
 Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
 Libertate caret, dominum vellet improbus: atque
 Serviet æternum, quia parvo nesciet uti.
 Cui non conveniet sua res, ut calcens olim,
 Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.
 Latus forte tua vires sapienter, Aristi,
 Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
 Cogere quàm satis est, ac non cessare videbor.
 Imperat, aut servit collecta pecunia cuique,

Mutata. In adversas afflicte, teus: superbus ob reportatam & perditâ.

Quatiens. Perturbabunt.

Mirabere. Cupies, magni æstimabis.

Pones. Relinques, depones. Vitâ præcurrere. Fœlicitate vitæ antecire, & vincere.

Melior. Superior.

Herbis. Prato, ubi communiter antè pascebantur.

Minor, &c. Equus inferiori se in diurno certamine sentiens.

Opes. Auxilium.

Frenum. Quod illi homo insidens ejus tergo, ori indidit.

Victor. Equus.

Violens. Violentus, & impo-

teus: superbus ob reportatam victoriam.

Hoste. Cervo.

Metallis. Auro, & argento. Dominum. Avaritiam, tanquam sessorum molestum, ægrè feret.

Uti. Contentus esse.

Cui non, &c. Cui opes suæ non congruent, id est, erunt vel ampliores justò, vel angustiores.

Olim. Aliquando, ut plurimum.

Subvertet. Pede inverso deiciet hominem.

Uret. Cruciabunt, oblaedet.

Cogere. Colligere.

Kk

Tor

Tortum digna sequi potius, quam ducere funem;
Hæc tibi dicebam post sanum putre Vacuna,
Excepto, quod non simul esses, cætera latus,

Tortum, &c. Ludl genus quoddam apud Romanos erat, in quo unus restim ductans præibat cæteris eundem funem tenentibus, & sequentibus. Sensus est: digna est pecunia, quæ potius sequatur, ac serviat, quam præeat, imperetque.

Dicebam. Pueri ad te mittenda.

Putre. Vetussum, vitiosum.

Vacuna. Dea quædam erat, apud Sabinos culta, maxime ab otiosis rusticis, & operû vacuis. Victoriâ eam fuisse quidam putant, quod ejus beneficio vacamus curis, & otio indulgemus.

Excepto, &c. Latus planè, hoc uno excepto, quod mecum non eras: ita ut præsentia tua mihi deesset una ad cumulata læticiam.

EPISTOLA XI.

Bullatium in Asiam profectum monet, ad vitam beatam parum interesse, quo quisque loco habitet.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?
 Quid concinna Samos? quid Crasi regia Sardis?
 Smyrna quid, & Colophon? majora, minorane fama?
 Cunctane præ campo, & Tiberino sumine sordent?

Quid tibi. Bullatius Horatii amicus in Asiam, & Græciam, peregrinè profectus erat: ad eum scribit Horatius, & interrogat, quid de variis Græciæ urbibus, & insulis sentiat: simulque monet Romam redeat, unde molestia alicujus vitandæ, & levandi lædii causâ discessisset.

Chios. Insula lib. 3. oden 14.
Lesbos Insula in mari Egæo,

nota, id est, nobilis, celebris.

Samos. Insula, & urbs prope Chium, Junoni sacra: concinna dicitur propter elegantiam ædificiorum.

Sardis. Vrbs Lydiæ primaria, in qua Rex Cræsus degebat.

Smyrna. Vrbs Joniæ, ite Colophon: in Asia minori ambæ.
Majora, &c. An illæ Vrbes,

An venit in votum Attalæis ex urbibus una?
An Lebedum laudas, odio maris, atque viarum?
Scis, Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque
Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem,

& Insulæ ampliores, deteterioresve sunt, quam eas esse fama vulgò jactat? an eas esse contemnendas censes præ campo Martio, & Tiberi?

Venit in votum. A te optatur: Romæ præfertur.

Attalæis. Ex iis, quas Attalus, Pergami Rex in Asia minori, obtinuit. De Rege Attalo vide Oden 1. lib. 1. & 15. lib. 2. ejus Regia urbs erat Tralles.

Lebedum. Est Lebedus Joniæ civitas maritima, & infrequens: ibi fortè Bullatius æger, ac longa peregrinatione defatigatus subsisterat.

Scis, Lebedus, &c. Potest hoc ita exponi: Scis, Lebedum esse vicum desertum, neque ego recusem illic vivere: non tamè auctor tibi sum, ut in hoc oppidulo, aut alia urbe etiam amoenissima consistas lædii vitandæ causâ: parum enim hoc te juvabit, &c. Vel ita, ut ea dicantur à Bullatio in hanc sententiam. O Horati, nôsti quam tenuis sit vicus Lebedus; tamè illic solus manere malim, quam Romam redire. Respondet

Oblitusque meorum, obliuiscendus, & illis,
 Neptunum procul e terra spectare furentem.
 Sed neque qui Capua Romam petit, imbre. lutoque
 Ad specus, uolet in caupona uivere; nec, qui
 Frigus colligit, furnos, & balnea lauat,
 Ut fortunatam pleno praesantia vitam.
 Nec si te validus iactauerit Ausfer in alto,
 Idcirco nauem trans Egeum mare vendas.
 Incolumi Rhodos, & Mytilene pulchra facit, quod
 Penula solstitio, campestre nivalibus auris,
 Per brumam Tiberis, sextili mense caminus.
 Dim licet, & uultum seruat fortuna benignum,
 Roma laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens,
 Tu, quamcumque Deus tibi fortunauerit horam
 Grata sume manu, nec dulcia differ in annum:
 Ut quocumque loco fueris, uixisse libenter,
 Te dicas. Nam si ratio, & prudentia curas,
 Non locus, effusi lato maris arbiter, auferi
 pergeret tamen, &c. denique tra imbres.

Horatius, sed neque, &c.

Gabii. Gabii Volscorum,
 Fidena, Latiorum vicus.

Meorum. Propinquorum, af-
 finium.

Rhodos. Insula in Mari Car-
 pathio, e regione Ciliciae, ad
 meridiem Asiae minoris.

Mytilene. Vrbs primaria
 Lesbii.

Solstitio. Mensibus Junio, &
 Julio, quibus sol stare, & ad
 signa austrialia nisi lente, redi-
 re non uidentur. Hic solstitium
 aestiuum intelligitur: est enim
 etiam hibernium.

Penula. Veltis villosa, con-

Campestre. Vestis rara, &
 leuis: subligaculum; illa ute-
 batur, cum exercebant corpus
 in campo Martio: hinc uelti
 nomen.

Tiberis. Natatio in Tiberi,
 qui Romam praeterfluit.

Sextili. Augusto: qui a Cae-
 sare Augusto ita dictus est, cum
 antea sextilis uocaretur, quia
 sextus est a Martio, a quo an-
 nus olim inchoabatur.

Fortunauerit. Fortunatam
 dederit.

Locus maris arbiter. Aliqua
 insula, urbs in maritimo litore,
 re, quae mare late effusum
 qua-

Calum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
 Strenua nos exercet inertia, nauibus atque
 Quadrigis petimus bene uivere. Quod petis, hic est,
 Est Ulubris, animus, si te non deficit aequus.

quasi pro imperio, & arbitrio
 arceat, frangatque. Est autem
 sententia: si curas adimere no-
 bis, sola prudentia potest, &
 ratio, non locus: qui trans
 mare fugiunt, ut curas quasi
 fugiant, falluntur, & quamuis
 caelum murent, animum tamē
 curis perinde vexatum retin-
 ent, & ubique secum depor-
 tant.

Calum. Caeli aliquam, &
 soli regionem.

Strenua, &c. Agimus, & la-
 boramus plurimum, ut nihil

agamus: inertes sumus, quia
 non quaerimus felicitatem ubi
 est, laboris, ac uirtutis caedior:
 & simul strenui, atque agiles
 sumus, quia eam ibi quaerimus
 operose, ubi non est.

Nauibus, atque quadrigis,
 Proverbum; id est, summa
 contentione: terra, marique.

Quod petis. Beata uita.
 Hic est. Vbi uiuis, ibi, ubi sis.
 Ulubris. In uico Campaniae
 deserto.

Aequus. Rationi obediens,
 perturbatione uacuus.

EPISTOLA XII.

Iccium monet, ut suo contentus sit: ejus frugalita-
 tem, ac Philosophiae studium laudat: rogat, ut
 Grosphum in amicis numeret: denique de Ro-
 manis rebus, quae tunc gerantur, eum obiter
 certiore facit.

Frustribus Agrippae Siculis, quos colligis, Iccii,
 Si recte frueris, non est, ut copia maior

Frustribus, &c. Ordo est, de
 Iccii, si recte, si prudenter, &
 moderate frueris fructibus Si-
 culis Agrippae: id est, si recte

uteris pecunia, quam ueraris
 colligendis in Sicilia fructibus
 agrorum Marci Agrippae, cujus
 procurator es; non est, id est,

Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas:
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus:
Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil
Divitia poterunt regales addere majus.
Si forte in medio positorum, abstemius, herbis
Vivis, & urtica, sic vires protinus, ut te
Confestim liquidus fortuna rivos inaureret.
Vel quia naturam mutare pecunia nescit.
Vel quia cuncta putas una virtute minora.
Miramur si Democriti pecus edit agellos,

ferri non potest, non licet, ut majorem copiam, & abundantiam, majores divitias Jupiter ipse tibi dare possit.

Querelas. De paupertate sua læcius sæpè querebatur.

Cui rerum, &c. Qui habet ea, quibus uti possit.

Si forte, &c. Sin autem inter illas opes, quæ tibi suppetunt, & quæ in medio positæ, id est, in manibus, in prompta sunt, vivis herbis, & leguminibus, abstemius, id est, vino etiã abstinens, & frigidam bibens; crede mihi, sic vires protinus, id est, sic vires porrò tequus, non lautius, te haberes, ut te, id est, quamvis te fortuna totum faceret aureum, rivo te aureo mergeret, opibus cumularet. Procius hoc in loco non significat statim, sed, deinceps, postea: sic deinceps perges vivere, uti

cœpisti, quamvis ditescas.

Abstemius. A verbo abstineo, & temetum, quæ vox antiqua vinum significat.

Vel quia. Vel quia naturam hominum non potest mutare pecunia, nec efficere, ut tu, qui esles parcus, & avarus, laute, atque indulgenter te tractares: vel quia Stoicus cum sis, frugalitatem diligis, & vitam beatam non in lauto victu, & deliciis, sed in una virtute vitam putas, cui cætera potitabenda censes: videtur hæc joco dicere.

Miramur si, &c. Philosphiæ studium multò magis in te, quàm in Democrito admiror: neque enim mirum valde est, si ille suos agellos sineret depasci, & comedi à pecore alieno, & vicinorum gregibus: si rei domesticæ curam omnè abjiceret, dum ipsius animus quæ-

Ultraque dum peregrè est animus sine corpore velox
Cum tu inter scabiem tantam, & contagia lucri,
Nil parvum sapias, & adhuc sublimia cures:
Qua mare comescant causa: quid temperet annum
Stella sponte sua, jussane vagentur, & errent:
Quid premat obscurum Luna, quid proferat orbem:
Quid velit, & possit rerum concordia discors:
Empedocles, an Sertini deliret acumen.

quasi à corpore separatus procul erat, abditus nimirum in rerum naturalium contemplatione: tu verò inter tot occupationes, in tanta lucri faciendi, & augendæ rei aviditate, quæ sua scabiæ, & contagio hominum animos inficere solet, ac terræ affligere, tamen sapienciæ, qua nihil est excelcius, deditus es, ac lutulentâ humum spernens, erigis te ad sublimes curas, & quæris, quibus de causis fiat, ut mare intra certos terminos, & ripas cœpescatur, unde orientur anni tempestates, quibus veluti temperatur, &c. hoc certè admirandum est.

Democriti. Fuit ille Philosophus insignis, qui res humanas ridere perpetuò solebat, tantoque flagrabat studio Philosophiæ, ut oculis ipse se orbaverit, patrimonium neglexerit, suosque agellos alienis pecudibus depascendos permiserit, quò liberius illi vacaret.

Culta. Rura exulta: fertiles agros.

Jussu. Alicujus motu, ac jussu. Querunt, ac disputant Philosophi, an astra innato motu agantur, an adscitio, & ab intelligentis, ut ajunt, impulso.

Premat. Ascondat, minuat.

Proferat. Promat, illustret, amplifcet.

Concordia. Elementorù inter se oppositorum conspiratio ad commune bonum orbis, & discors concordia.

Empedocles. Philosophus Agrigentinus in Sicilia, & Poëta bonus: homo pertinacissime iracundiæ fuit, adeò ut vitam sine inimicis putaret sibi nullam esse, itemque arrogantissimè superbiæ, qui ut Deus haberetur, in Ætnam ardentem insiluit, ut cum nusquam apparet, sublatus in sydera putaretur. Vide artem Horatii Poëticam sub finem.

*Verum seu pisces, seu porrum, & cape trucidas,
Utere Pompejo Grosspho, & si quid petet, ultrò
Defer: nil Grossphus, nisi verum, orabit, & aquum:
Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res,
Cantaber Agrippa, Claudii virtute Neronis
Armenius cecidit: Jus, imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor. Aurea fruges*

Sertini. Philosophus Stoicus fuit, celebris Horatii tempestate. De quo plura Satyr. 3. lib. 2.

Seu pisces, &c. Seu lautè vivis, seu parcè, ac duriter.

Trucidas. Ridet clam Pythagoram, qui in fabis, & porris latere animas hominū dicitur.

Utere. Familiariter utere.

Verum. Bonum, & honestum.

Vilis, &c. Facile, ac parvo sumptu comparantur amici, cum viris bonis deest aliquid, tum enim illis benefacere licet, eosque sic amicos sibi comparare, & quasi parvo emere, quia nihil nisi æquum legitimum, & suæ modestiæ, probitatique congruens postulant; tum ambitiosi, avari, &c. non sunt.

Cantaber. Cantabri, populi Hispaniæ, ceciderunt, id est,

domiti sunt virtute, ac fortitudine Agrippæ. Vide Oden. 4. lib. 2. Ad Armenios missus fuerat ab Augusto Tiberius, ut isti regno Tigranem præficeret, anno V. C. 734. Parthi armis Augusti, & famâ terri, signa Crasso erepta restituerunt. Vide Indicem secundum Odarum, illis præfixum in libri limine, ad annum 731.

Phraates. Rex Parthorum, qui Augusti amicitiam ultrò expetiit, ei que signa Crasso erepta reddidit. Vide secundum Indicem Odarum anno 731. & Justinum lib. 42.

Genibus minor. Provolutus in genua, id est, supplex, & humilis: non ipse Romam venit, sed è Perside misit obsides, & legatos, qui ejus nomine ad genua Cæsaris acciderunt.

Aurea. Beata, felix.

Ita.

Italia pleno diffudit Copia cornu.

Copia. Dea abundantia. *Cornu.* Postquam Hercules fluvium Acheloum indurum tauri formâ vicit, ei cornu detraxit, quod Nymphis cum dedisset, scaturire floribus, ac frugibus cepit. Amalthea capra quædam fuit: ea Jovem puerulum à Saturno quæstum ad necem, & lactantem cum nutrisset, Jupiter gracios factus, nymphis, quæ suæ infantia curam habuissent, hoc præmii concessit, ut ex uno ejus capræ cornu flores, & fructus perpetui nasceretur: hinc cornucopia: hæc duplex ejus origo in fabulis prodita est.

EPISTOLA XIII.

Vinnium admonet, ut in offerendis suis Augusto carminibus rationem temporis, ac decori habeat.

UT proficiscencem docui te sæpè, diuque,
Augusta reddes signata volumina, Vinni:
Si validus, si latus erit, si denique poscet;
Ne studio nostri pecces, odiumque libellis
Scandalus importes, opera vehemente, minister.
Si te fortè mea gravis uret sarcina charta,
Abjicio potius, quàm quò perferre juberis,

Signata. Ob signata, involuta sigillo meo addito.

Validus. Sanus.

Studio. Benevolentia significatione intempestiva, immodica.

Odium importes, &c. Ne facias, ut illi displiceant mei libri, & minus grati accedant, dum tu nimiam adhibes dili-

gentiam, & operam in iis tradendis, & commendandis.

Minister. Dum operam in ea re mihi navas, mandata mea exequeris.

Uret. Vexabit: si gravior tibi videtur.

Abjicio, &c. Relinque potius hanc sarcinam medio itinere, quàm illam rusticè,

&

Clitellas ferus impingas, Asinaque paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.

Viribus uteris per cliuos, flumina, lamas.

Victor propositi simul, ac perveneris illuc,

Sic positum servabis onus, ne forte sub ala

Fasciculum portes librorum: ut rusticus agnum;

Ut vinosa glomos furtiva Pyrrhia lana.

Ut cum pileolo soleas conviva tribulis;

Ne vulgo narres te sudavisse ferendo

Carmina, qua possunt oculos, auresque morari

Casaris. Oratus multa prece, nitere porro.

Vade, vale, cave ne tiubes, mandataque frangas;

& ineptè offeras.

Clitellas, &c. Sarcinam librorum, quasi clitellas instar feri, id est asini, aut equi, fatigati excutias, eam terræ impingendo, & quasi sub onere corruendo: ex eo enim arriperent homines aniam tui ridendi, & cum pater tuus vocetur Vinnius, Asella dicendi, nihil te alienum à tuo cognomine fecisse, clitellas Asini more impingendo.

Fabula. Jocus, ludibrium.

Lamas. Lacunas, fossas in agris, & aquarum receptacula.

Victor propositi. Voti cōpos, itinere absoluto.

Illuc. Romam.

Sic. Ita gestabis, ut ne sub ala portes, Vel ista particula sic ostendit gestum aliquem, quo significat Horatius Vinnio quo-

modo gestari ab eo libros vel lit. En, inquit, vide me, sic pone onus.

Glomos. Spharulas è lana in orbem involuta.

Furtiva. Furto raptæ.

Tribulis. Qui est ex eadem tribu: ut solent plebeji ex eadem tribu è convivio, quo se invicem acceperunt, redire, gestantes pileolum, & soleas præ manibus. Pileolo iutabantur caput contra serotinam auram cum redibant domum à cœna: Soleas portabant quibus uterentur acumbentes, ne lectos lutulentis calceis inquinarent.

Morari. Tenere, delectare.

Oratus, &c. Hæc oro te, ut observes omnia, & implere porro nitaris.

EPISTOLA XIV.

Villicum suam carpit, quod urbanam vitam præferat rusticæ, cujus desiderio quare ipse teneatur, ostendit.

Villice sylvarum, & mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastidis, habitatum quinque focis, &
Quinque bonos solitum Bariam dimittere patres:
Certemus spinas animone ego fortius, an tu
Evellas agro, & melior sit Horatius, an res.
Me quamvis Lamia pietas, & cura moratur
Fratrem moventis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter; tamen istuc mens, animusque
Fert, & amat spatii obstantia rumpere claustra.
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:

Villice. Villicus est, qui villæ, & servorū opus in ea faciendum curam gerit.

Mihi me, &c. Homines urbani tot negotiis, officiisque distracti sunt, vix ut sint sui: vacant aliis, non sibi, eos sibi restituit villula, otium.

Quem tu, &c. Quem agellum, quod prædium tu fastidis, licet quinque in eo familiaræ sint, ac soleant ex eodem eligi quinque patres, id est, viri grandiores, & Bariam, (legunt aliqui Variam) vicinum in Sabinis oppidum, mitti ad commune Sabinorum consilium, & conventum, ut deliberent, pronuncientque de negotiis agriculturæ, aut regionis illius.

Focis. Domibus, seu familiis distinctis, & majoribus.

Res. Ager, villa.

Lamia. Ailius Lamia civis nobilissimus: de quo vide Od. 12. lib. 3. *Eli vestito.*

Moratur. Detinet Romæ.

Istuc. Vbi es, rus.

Fert. Me amicus rapit rus, feror hic torus desiderio, & cogitatione.

Claustra. Gestio rumpere omnia, quæ me Romæ tenent, ne rus evolem, impedimenta, tamquam repagula obstantia, & obstructa circo. In arca spatiosa, ubi decurrebant quadrigæ, erant septa quadam lignea quibus apertis proflicbant currus. Carceres vulgè vocabantur.

Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors.
 Stultus uterque locum immeritum causatur iniquè:
 In culpa est animus qui se non effugit unquam.
 Tu mediastinus tacita prece rura petebas:
 Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.
 Me constare mihi scis, & discedere tristem,
 Quandocumque trahunt invisita negotia Romam.
 Non eadem miramur: eò disconvenit intar
 Meque, & res nam qua deserta, & inhospita resqua
 Credis, amana vocat, mecum qui sentit, & odit
 Qua tu pulchra vocas. Fornix tibi, & uncta popina
 Incutunt urbis desiderium, video, & quod
 Angulus iste feret piper, & thus, acyus uva:
 Nec vicina subest vinum prabere taberna
 Quae possit tibi: nec vilis tibicina, cujus
 Ad strepitum salias terra grauis: & tamen urges

Cui placet, &c. Nempe sua
 fors est illi odiosa, cui placet
 fors alterius: uterque culpat,
 & accusat locum, in quo est,
 qui tamen est immeritus, id
 est, minimè culpam meretur,
 reus non est, non est in causa
 cur alteri sua fors displiceat,
 placeat fors alterius, & locus.
 Mediastinus. Cum esses in
 Vrbe servus infimæ notæ. Media-
 stini servi dicebantur qui
 erant in medio, velut omnibus
 expositi, non certo addicti of-
 ficio, & muneri, ac proinde
 viliores.

Constare mihi. In eadem
 semper esse sententia.

Miramur. Magni facimus,
 & cupimus.

Eò. Idcirco.

Resqua. Loca aspera, incul-
 ta, hospitiis vacua.

Qui. Quicumque.

Uncta. Pinguis.

Et quòd, &c. Accedit illa,
 cur suspires urbem, causa, quòd
 ager meus, ut ais, est sterilis,
 qui citius piper, thus, & aliud
 quidvis ferat, quam vinum.
 Tu verò uvas præ ceteris fru-
 ctibus amas.

Subest. Prope est, vicina est.
 Salias. Saltes in compositis
 motibus.

Urges. Colis, exerceas.

Jam

Jam pridem non tacta lagonibus arva, laevemque
 Disjunctam curas, & strictis frontibus exples.

Addit opus pigro rivus, si decidit imber,

Multa mole docendus aprico parcere prato.

Nunc, age, quid nostrum concennum dividat, audi.

Quem tenues decuere toga, nitidique capilli;

Quem nostri bibulum media de luce Falerni,

Cena brevis juvat, & piope rivum somnus in herba:

Nec luisse pudet, sed non incidere ludum.

Non istuc obliquo oculo mea commoda quisquam

Limat: non odio obscuro, morsuque venenat.

Rid: ut vicini glebas, & saxa moventur.

Cum servis urbana diaria rotare maris:

Horum tu in numerum votoruis. Invidet usum

Disjunctum. Ab aratro, &
 facio bove, morbi causâ sepa-
 ratum, & stabulo inclusum.

Strictis. Decerptis manu.

Parcere. Non nocere, non
 effundi supra ripas: coerces
 autem illum objectis moli-
 bus, id est aggeribus, humo
 congesta, saxis, &c.

Aprico. Pateti, soli exposito.

Quid, &c. Cur non concin-
 namus, conveniamus, idem
 sentiamus.

Quem, &c. Ego, quem o-
 lim juvabat bene pexum, aut
 togatum esse, quem scis fuisse
 bibulum potorem Falerni ab
 ipso meridie, nunc juvat cœna
 brevior, &c.

Luisse. Genio indulgisse o-
 lim.

Incidere. Finire, abrumpere.

Istuc. Ruri.
 Limat. Oculis obliquis af-
 picit, ut solent invidi: limus
 enim potam adjectivum, idem
 est, ac obliquus, transversus.

Venenat. Quasi veneno in-
 cicit, maledico dente carpens.

Rident. Gratulantur mihi,
 & applaudunt, vel cavillantur.

Cum servis, &c. Tu cum
 servis urbanis scilicet, majoris
 ea cibaria consumere, quæ
 ipsis dantur in singulis diebus.
 Diarium alias significat etiam
 Ephemeridem: hoc in loco est
 victus unius diei.

Voto ruis. Desiderio raperis.

Invidet, &c. At contra ca-
 lo, id est, servus urbanus, qui
 ad ligna comportanda, & alias
 res id genus, adhibetur, tuæ
 felicitati invidet, te beatum
 el-

*Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & hortū:
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam scit uterque, libens, censeo, exerceat artem.*

esse putat, quia habes affatim ligna, quibus utaris, hortum, pecus, &c.

Argutus. Ingeniosus licet, ac honestior, quales illi urbani servi.

Calo. Sat. 6. lib. 1.

Optat, &c. Sic bos, ut fert

fabula, optat equi sortem, & quus bovis: ego censeo, ut se sua quisque in arte, & sorte contineat. Ephippium est vel ornamentum equi, tapes, v. g. quo insternitur, vel sella ejus dorso ad sedendum commo- dius, imposita.

EPISTOLA XV.

Velliam, & Salernum valetudinis causā profecturus, quaerit ab amico suo Vala, cui hæc regio notissima erat, quæ copia, & facultas ibi sit ad lautè vendum.

*Qua sit hyems Velia, quod calum, Vala, Salerni
Quorū hominū regio, & qualis via (nā mihi Bajæ
Musa supervacuus Antonius, & tamen illis*

Quæ sit hyems, &c. Sensus inchoandus est à versu 25. Par est, te nobis scribere, me tibi credere, quæ sit hyems Valiæ, &c.

Velia. Velia, & Salernum Italiæ extremæ oppida maritima: Salernum quidem in sinu Pæstano, qui Puteolanum sinum proximè sequitur, inter Campaniam, & Lucaniam: Velia verò in ipsa Lucaunia

prope promontorium Palinūrum.

Quorum, &c. Quibus utentium moribus.

Nam mihi, &c. Subaudi, dicit esse.

Musa. Antonius Musa medicus præstātissimus Augustum gravi, ac periculoso morbo liberaverat, ingenti donatus pecunia, sibi jus aureorum anulorum, & universo medico- rum

*Me facit invisum, gelidā cum perlucor undā
Per medium frigus. Sanè myrteta relinqui,
Dicitæque cessantem nervis elidere morbum
Sulphura contemni, vicus gemit invidus agris,
Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent
Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida iura.
Mutandus locus est, & diversa nota
Præteragens equus. Quò tendis? Non mihi Cumas*

rum ordini vacationem, immunitatemque à publicis oneribus adeptus est. Augustum porrò frigidis aquis curavit, eum calidis, & Bajanis alii medici nihil profecissent: idē ille Horatio suaserat, Bajæ antè adire solito, ut frigidis aquis, ac marinis uteretur. Itaque Horatio sollicitè de Velia, & Salerno maritimis oppidis inquirat.

Illis. Bajanis aquis.

Invisum. Oderunt me Bajæ, incolæ Bajarum, quòd aquas frigidas potiores calidis suis putem.

Per medium frigus. Hyeme. *Myrteta.* Loca myrtis in litore Bajano confita.

Relinqui. Multum auctoritatis, & gratiæ Bajis, antea celeberrimis ob calidas aquas, Antonius Musa detraxerat.

Dicitæque. Et aquas sulfureas, quæ jactabantur nervis elidere, & expellere morbum

cessantem, & pigrum, id est, podagram, & alios id genus morbos, qui humore viscoso motum præpediunt. Cessare est torpere, nihil agere.

Vicus. Bajanus.

Invidus. Offensus, invidens.

Supponere. Eluebant agras corporis partes aquis salubribus, ut hodie fit.

Audent. Videtur enim periculosum abluī frigidā per hyemem.

Clusinis. Quorum sunt aquæ frigidæ: Clusium Etruriæ oppidum. Gabii vicus Latinoꝝ, de quo Epistola XI.

Nota. Cùm olim Bajæ prætererem.

Præteragens. Ultra Bajas agendus, præter notas tabernas duendus.

Quò tendis? Verba equitis Horatii præteragentis equum, & alloquentis. Quo mihi abis dexter? non peto Cumas, aut Bajas. Quamquā frustra equus

Est iter, aut Bajas, lavā stomachosus habendū
 Dicit eques: sed equi franato est auris in ore.)
 Major utrum populum frumenti copia pascat;
 Collectosne bibant imbres, puteosne perennes
 Dulcis aqua: nam vina nihil moror illius orae:
 Rure meo possum quidvis perferre, patique:
 Ad mare cum veni, generosum, & lene requiro,
 Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
 In venas, animumque meum; quod verba ministrat
 Tractus uter plures lepores, uter educet apros,
 Utra magis pisces, & echinos aquora celent;
 Pinguis, ut inde domum possim, Phæaxque revertis
 Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.
 Mænius, ut rebus maternis, atque paternis
 Fortiter absumptis, urbanus caput haberi,

istis verbis ad nonetur, qui non tam audit verba, quā frænum, & habenas.

Lavā. Habenas detorquens ad sinistram. Capuam enim, ac Neapolim, à Roma proficiscientibus, & inde Veliam, ac Salernum euntibus, sinus, & vicus Bajanus ad dextram est.

Stomachosus. Equo cunctantem, & reluctanti succensens.

Major, &c. Vbi sit major frumenti copia, Velix, an Salerni.

Collectos. In cisternis, & lacuosis.

Perennes. Jugiter manantes, fontanos.

Moror. Curo, alia vina volo, nempe generosa.

Quidvis. Quodlibet vinum: vel pelsimo contentus sum.

Cum spe, &c. Vinum audaces facit, ac bona spe implet.

Verba. Dilertum me faciat.

Tractus. Ager, regio.

Echinos. Pisciculi sunt è cæcorum genere, pilis quibusdam, & setis, ut spinis, obfidi.

Phæax. Similis Phæacibus Coreyræ populis mollibus, & voluptuariis, id est, obesus, & bene habitus. Vide Epist. 2.

Ut. Postquam.

Fortiter. Impigrè, strenuè.

Rebus. Opibus.

Urbanus. Facetus homo, risum movens ad captandas divitum in urbe mensas.

Scurr:

Scurra vngus, non qui certum præsepe teneret;

Impransus non qui circum dignosceret hostes;

Qualibet in quemvis opprobria fingere servus,
Pernicies, & tempestas, barathrumque macelli,

Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro.

Hic, ubi nequitia sanctoribus, & timidis nil,

Aut paulum abstulerat; patinas cenabat omasi
 Vilis, & agnina, tribus uris quod satis esset.

Scilicet, ut ventres lamna candente nepotum
 Diceret urendos, correctus. Mænius idem

Quidquid erat nactus præda majoris, ubi omne

Verterat in fumum, & cinerem: Non hercule miror;

Scurra. Qui jocos illiberales jactat.

Vagus. Nulli certæ mensæ addictus.

Præsepe. Domum statam, & certam, ubi cubaret.

Impransus, &c. Adeo furiosus, cum jejunos erat, ut in cives, perinde ac si hostes fuissent, sævire verbis; neminem sentiret nosceret.

Hoste. Hostem veteres Latini externum quemlibet, ac peregrinum vocabant.

Barathrum. Instar voraginis omnia absorbens opsonia.

Quaesierat. Lucri fecerat sua scurrilitate.

Avaro. Insatiabili emania, ut Avari solent, congerenti.

Hic. Idem ille Mænius, ubi nihil, aut parum corraserat pecuniæ ab his, qui nequitia, &

luxuriæ favere solent, nempe prodigis, & helluonibus, aut ab avaris, & parcis, qui timidiore, & lentiores in dando sunt: contentus erat cibis vilissimis, v.g. omaso, (sunt intestina pecudum) & agnina carne, ac ventrem plebejis istis opsoniis implebat: tum de ista sua frugalitate sibi plaudens, tanquam sapiens, & emendatus homo, dicebat nepotum, id est; dissolutorum, & helluonum ventres urendos esse laminâ, & ferro ardenti, ut pœnas intemperantiæ suæ luerent.

Tribus, &c. Id est, tantum ex illis cibis devorans, quantum sufficisset tribus uris alendis;

Verterat, &c. Decoxerat, absumperat.

Hercule. Pro, ita me Hercules adjuvet. Non miror, in-

L

quid

*Ajebat, se quid comedunt bonas; cum sit obeso
Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla.
Nimirum hic ego sum: nam turta, & parvula laudo,
Cum res deficiunt, satis inter villa fortis.
Verum, ubi quid melius contingit, & unctius, idem
Vos sapere, & solos ajo bene vivere, quorum
Conspicitur nitidâ fundata pecunia villis.*

quiebat, esse homines qui laute vescendo suas opes male perdat, &c.

Obesa. Pingui.
Vulva. Sullâ scilicet: ventres, & mamillis porcæ, mensarum tunc delicias.

Hic ego, &c. Talis sum: Menio simillimus.

Turta, & parvula. Cœnas

EPISTOLA XVI.

Agri sui formam, situm, commoda Quintio describit: monet eum subiade, ut vir esse bonus quam audire, malit: quis vir sit bonus, fusè docet.

NE percuntheris, fundus meus, optime Quinti,
Arvo pascat herum, an baccis opulenter olivæ,
Pomiferae, & pratis, an amicta vitibus ulmo:

Quinti. Quintius ille, ut apparet, Hirpinus est, ad quem extat Ode 8. lib. 2. Quintia gens erat apud Romanos nobilissima.

Arvo. Agro sativo segete,

frugales, quæ non sunt ebnoxia invidia, quæ fortunas non dilapidant.

Unctius. Lautius.
Nitidis. Bene cultis.
Villis. Vrbe magni fructus, & proventus: census in prædiis, & agris fundatus, est certior, & tutior.

& frumento. Legitur etiam, *Ervo*, quod genus est leguminis.

Amicta. Adjunguntur ulmis vites, ut consistant: & his vites quasi amiciuntur, id est, induuntur.

*Scribetur tibi forma loquaciter, & situs agri.
Continui montes, nisi dissocientur opaca
Valle: sed ut veniens dextrum latus adspiciat Sol,
Lævum discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid si rubicunda benignè
Corna vepres, & pruna ferant, si quercus, & ilex,
Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra?
Dicas adductum proprius frondere Tarentum.
Fons etiam vivo dare nomen idoneus: ut nec
Frigidior Thracum, nec purior ambiat Hebrus,
Infirmo capiti sicut utilis, utilis alvo.
Ha latebra dulces, etiam, si credis, amena
Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.
Tu rectè vivis, si curas esse, quod audis.
Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor, ne cui de te plus, quam tibi credas:*

Loquaciter. Fusè.

Continui. Illum ambirent omni ex parte montes, nisi tamen essent disjuncti, & separati valle umbrosa, cujus dextrum latus sol oriens colustrat.

Laudes. Laudare jure possis: cælo utitur ita temperato, ut meritò eam ob rem laudari debeat.

Benignè. Largè.

Fruge. Glande.

Juuet. Foveat, delectet.

Dicas. Si amœnitatem loci spectes, diceres, illuc adductas esse valles Tarentinas amœnissimas: videre te illas credas. Tarentum porò est urbs in Calabria Italiæ extrema

parte ad meridiem, non procul Brundisio.

Idoneus. Id est: tantâ fluens copia, ut rivum efficiat, eumque nobilem, & suo appellatâ certo nominæ. Digentiam alibi vocat.

Ut nec, &c. Adèd, ut Hebrus, Thraciæ fluvius, non sit frigidior, & purior.

Thracam. Thraciam: quæ pars est Europæ supra Macedoniam.

Infirmo capiti. Vtilis ad leniendos capitis dolores.
Septembribus. Cum autumnus affert morbos.

Tibi. Tuæ conscientiæ judicio, ac testimonio.